

nesta contestatio est. Nihil consideretur curiose in Aetuis auriga, ultra concessas corporis metas extol-  
lentes se carnis impetus, cœlestium præceptorum  
habentis reflectat; ne ultra terminos suos curru iste  
corporis raptus, in periculum suum secum et ipsum  
rapiat aurigam. Sed inter hæc, immo et ante hæc,  
contra turbas et vitia omnia de divinis castris auxilium  
petendum est: solus enim potens est Deus qui homi-  
nes dignatus est facere, et plena hominibus auxilia  
præstare. Ego pauca dictavi, quoniam non est pro-  
positum volumen scribere, sed allocationem transmit-  
tere. Vos Scripturas aspiciite, exempla vobis de ipsis  
præceptis hujus rei majora conquirite. Fratres char-  
rissimi, bene valete.

XIV. Dicendum etiam quod adulterium voluptas  
non est, sed multa contumelia, nec delectare potest,  
quod et animam interficiat et pudorem. Coerceat ani-  
mus stimulos carnis, refrænet impetum corporis.  
Accepti enim hanc potestatem, ut illi ad imperium  
eius membra servirent; et quasi legitimus ac perfe-

## MONITUM.

Hic novis Editoribus locus et animus erat libellum D. Cypriano recenter adjudicatum, cui titulus: *Exhortatio ad Penitentiam*, denuo edendi ex anecdotis CCL. VV. Trombelli et Migarelli, canonice regular. qui primi hunc librum ex vetustissimis membranis eruerunt, ac publici juris fecerunt, Bonon., ann. 1751. Hunc vero librum inventu difficillimum, in Italiæ bibliopolarum schedis latitantem, necdum, licet omni ope quasi-  
tum, opportune repertum, serius in decursu istius Bibliothecæ dandum esse pollicemur.

# APPENDIX SECUNDA.

## OPUSCULA SUPPOSITA.

### LIBER DE ALEATORIBUS.

#### TRACTATUS PERPERAM CYPRIANO ADSRIPTUS.

I. Magno nobis ab universa fraternitate cura <sup>a</sup> suc- B II. Ideo sal terræ dicimur, ut ex nobis omois fraternitas  
cessit: maxime ex re <sup>b</sup> perditorum omnium anda- cœlesti sapientia salietur. Nam cum dicit: *Sal autem*  
ela, id est, aleatorum quæ animos ad nequitiam in *si fatuatum* <sup>f</sup> fuerit, nihil <sup>g</sup> valebit nisi ut projiciatur  
se illicit, ut in lacum mortis mergat <sup>c</sup>. Et quoniam *foras et conculectur ab hominibus*; hoc veremur et ti-  
nobis divina et paterna pietas Apostolatus ducatum memus, ne in <sup>h</sup> Ecclesia securi, quod nobis sacerdo-  
contulit, et vicariam Domini sedem cœlesti digna- talis dignitas tradita est <sup>i</sup> negligentibus, juxta quosdam  
tione ornavit, et originem authenticæ Apostolatus, fratres inertes reperiamur: aut dum falsam commu-  
super quem Christus fundavit Ecclesiam in superiore nicationem damus, id quod cum honore de Dei di-  
nostro <sup>d</sup> portamus, accepta simul potestate solvendi gnatione percipimus, indignante Domino et expro-  
ac ligandi et curatione peccata dimittendi: salutari <sup>e</sup> brante amittamus; dicit enim Scriptura divina: *Væ*  
doctrina admonemur, ne cum delinquentibus assidue *erit pastoribus*. Quod si ipsi pastores negligentes  
ignoscimus, ipsi cum eis pariter torquemur. reperti fuerint, quid respondebunt <sup>j</sup> Domino pro

#### LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Sic Ebor. Imp. Cura fidelis.

<sup>b</sup> Sic Ebor. Imp. Et rea.

<sup>c</sup> Sic Bod. 1. Ebor. Imp. Ad nequitiam se in lacum. La-  
queo mortis tingant Ebor.

<sup>d</sup> Sic Bod. 1. Corv. Imp. Vestro.

<sup>e</sup> Sic Bod. 1. Imp. Solvendi, salutari Bod. 1.

C <sup>f</sup> Fatuum Bod. 1.

<sup>g</sup> Nihilo Bod.

<sup>h</sup> Ne cum Bod. 1.

<sup>i</sup> Dignitas est Bod. 1.

<sup>j</sup> A Domino trad. Bod. 1.

#### EDIT. OXON. NOTÆ.

I. — *Magna nobis ab universa fraternitate cura*. Forte legendum: *universæ fraternitatis cura*. Est tamen adhuc plane mutilum hujus libri frontispicium. PAMEL.

*Et quoniam nobis*. Prætermisi voculam in superfluum. RIGALT.

*Et quoniam nobis divina et paterna pietas*, etc. Nee Faber notat hunc Tractatum non esse Cypriani. Nam

ex hoc loco apparere alicujus Pontificis Romani scriptum esse. PAMEL.

II. — *Ne in Ecclesia securi*. Etiam hic interposita erat particula *cum* superflua. PAMEL.

*Indignante Domino, exprobrantes amittamus*. Censeo legendum, et *exprobrante*. PAMEL.

pecoribus? Quid de Domino pecora dicent? a pecoribus se esse vexatos? non credetur illis: incredibilis res est pastores pati posse aliquid a pecore; magis punientur propter mendacium suum. Et alii Scriptura dicit: *Rectorem te petierunt, noli extolli. Esto in illis quasi unus ex ipsis: curam illorum habe et considera.* Et iterum: *Existimate sacerdotem esse cultorem*, et omnes esse apud eum delicias, granaria plena, et de quocumque desideraverint a pabulo oves, eas saturare. Nam ut constaret nos, id est episcopos, pastores esse ovium spiritualium, hoc est, hominum fidelium qui sub cura nostra constituti, ne ullum<sup>b</sup> in eis scabiei vitium reperiatur; quo magis a nobis quotidie perscrutentur, ut medicamine cœlesti adhibito, vellera eis florida crescant quæ ad naturam vestis salutariis proficiant.

III. In Evangelio Dominus ad Petrum dixit: *Petre, inquit, amas me?* Et Petrus respondit: *Etiam Domine, tu scis quoniam amo te.* Dixit: *Pasce oves meas*; et sollicitè mandans tertio confirmavit dicendo: *Pasce<sup>c</sup> oves meas.*

IV. Et quoniam Episcopium<sup>d</sup>, id est, Spiritum sanctum per impositionem manus, cordis excepimus hospitio; cohabitatori nostro ne ullam<sup>e</sup> molestiam proponamus, Apostolus<sup>f</sup> monet et dicit: *Nolite contristare Spiritum sanctum qui in vobis est; et nolite extinguere lumen, quod effulsit in vobis.* Quanta autem Episcopum bene agentem et salubriter admonentem, sine tribulatione corporis, condigna maneant<sup>g</sup> Martyria: tanta et in Episcopum negligentem<sup>h</sup> nulla de Scripturis sanctis documenta promentem, cumulentur tormenta; apostolus nos excitat Paulus, et condigno statu episcopos et procuratores Evangelicæ doctrinæ ponit et dicit: *Quamdiu erit infans, procuratores et actores habet; at cum creverit hereditatem suam expetit.* Nos etiam dispensatores et procuratores Evangelii sumus; hoc quoque inter dispensatores et procuratores quæritur, ut quis fidelis et justus invenitur; si ergo apud dispensatores et procuratores quæritur, ut quis fidelis et justus invenitur, quid si oves<sup>i</sup> de-

linquant, et delinquentibus dispensatores? Non ipsi delinquentium se pondere onerant? Apostolus i Paulus commemorat, quando ad Timotheum docendum et corroborandum in fidei firmitate, ne quid Deus fallat, et ne malignum orationibus justorum intercedat, providus et sollicitus dicit: *O Timothee fili, commendatum serva: noli spernere domum quod in te est per impositionem manuum seniorum: accingere fortiter, et viriliter age ministerium tuum, et cum integritate supple: esto cæteris bonum<sup>k</sup> exemplum; nemo tibi contradicat, nemo juventutem tuam contemnat: peccantem coram multis castiga, ut et cæteri metum habeant, et ne communicaveris peccatis alienis.* Et iterum: *Si quis frater fornicarius, aut idololorum cultor, aut avarus, aut raptor sive injustus nominatus fuerit, cum ejusmodi quidem nec cibum capere.* Et alio loco: *Quicumque frater more alienigenarum vivit, et admittit res similes factis eorum, desine in convictu ejus esse; quod nisi tu faceris<sup>l</sup>, et tu particeps eris ejus.* Et in doctrinis Apostolorum: *Si quis frater delinquit in Ecclesia, et non paret legi; hic nec colligatur, donec pœnitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et impediatur oratio vestra.* Et Apostolus etiam iterum dicit: *Eximite malos e medio<sup>m</sup> vestri.*

V. Quod si multorum testium varia et consonanti monitione docemur<sup>n</sup>, cum delinquentibus fratribus cibo ne quidem vesci; quanto magis debeat et ab sacrificio Christi arceri? Quam magna et larga pietas Dei filii, quod in futurum præscius nobis consulat: ne quis inter fratres incautus denuo laqueis diaboli capiatur? Sollicitos esse jussit et providos atque eruditos; quoniam hostis ille antiquus circuit, pulsans Dei servos, non uno genere tentans. Multæ enim sunt tentationes ejus quorum primordia sunt: idololatria, mœchia, furta, rapinæ, avaritia, fraus, ebrietas, impatientia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falsa testimonia, eloquium falsum, invidia, extollentia, maledictum, error, et si qua sunt similia quæ his congruunt; ex quibus est alex tabula.

#### LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Sic Bod 1. Imp. Consideraverint Bod. 1, 2.

<sup>b</sup> Nullum Bod. 1.

<sup>c</sup> Sic Lam. Ebor. Bod. 1. Corb. Imp. Ad Petrum dixit, pasce.

<sup>d</sup> Episcopum Bod. 1.

<sup>e</sup> Et coh. nostro nullam Bod. 1.

<sup>f</sup> Dominus Bod. 1.

<sup>g</sup> Sint Bod. 1.

<sup>h</sup> Tanto et Ep. negl. ei Bod. 1.

<sup>i</sup> Omnes Bod 1. Corb.

<sup>j</sup> Apostolus idem P. Bod. 1

<sup>k</sup> In bonum Bod. 1.

<sup>l</sup> Nisi feceris Bod. 1.

<sup>m</sup> Nescio Bod. 1.

<sup>n</sup> Unitatem et consonantem monitionem docemur ne cum del. frat. cibum Bod. 1.

#### EDIT. OXON. NOTÆ.

*Rectorem te petierunt.* Etiam hic malim *posuerunt.* PAMEL.

*Existimate sacerdotem.* Nescio ad quam Scripturam alludat. Nisi forte respiciat eas quæ agriculturam verbi spectant. PAMEL.

*Ne ullum in eis scabiei vitium reperiatur.* Ita lego pro eo quod erat, *scabie*; est tamen adhuc locus obscurus et inutilis. PAMEL.

III. — *Confirmavit.* Ita Pamel., Baluz., Oxon. an pro *confirmavit*, male lectis. nuss.? EDD.

IV. — *Cohabitatori nostro.* Superflua et particula locum reddebat obscurum. PAMEL.

*Sine tribulatione corporis.* Illic velim adjectum etiam. PAMEL.

*Et cum digno statu.* Prorsus lego *condigno.* PAMEL. *Providus et sollicitus dicit.* Omnino et istud lego, pro *dicens* PAMEL.

*Et in doctrinis Apostolorum.* Unde hæc citat nescio; neque enim reperiuntur aut in Canonibus aut in Constitutionibus Apostolicis. PAMEL.

V. — *Cum delinquentibus.* Rursum: omisimus, ne particulam superfluum. PAMEL

*Quam magna et larga pietas Domini filii.* Lego *Dei* PAMEL.

*Non uno genere tentans.* Censeo legendum *tentationis.* PAMEL.

*Mœchiæ.* Prorsus aut hoc legendum, aut *mœchia*, pro eo quod erat, *mœchæ.* PAMEL.

VI. Præest<sup>a</sup> diaboli laqueus manifestus, venenum A  
portans letale serpentis, et inductio corrumpens; quæ  
cum videtur nihil esse, magna amplexu<sup>b</sup> operit  
deletio. Quid illud est, quæso, fideles, ut manus  
quæ jam ab injuriis humanis expiata est, et ad sac-  
rificium Dominicum admissa, et quod ad salutem to-  
tius hominis pertinet, dignatione<sup>c</sup> suscipit; quæ ad  
laudem Domini in oraculo exsurgit; quæ<sup>d</sup> signum  
crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit: ipsa  
quæ<sup>e</sup> divina sacramenta consummat: quid est, in-  
quam, ut iterum laqueis diaboli, unde exuta est, im-  
plicetur et per ipsa damnetur? Aleatrices manus, li-  
bidinoso studio consueverunt, id est, aleæ tabulæ; quod  
est diaboli venabulum<sup>f</sup>, et delicti vulnus insanabile.  
Aleæ tabulam dico, ubi diabolus præsto est, ad<sup>g</sup>  
amicipiendum summisus, et cum ceperit de captivo B  
triumphum, perfidia, falsa testimonia. Tabulam aleæ  
dico; ubi dementia, et furia, et venale perjurium,  
imperium et colloquium serpentinum. Illic rabiosa  
amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas<sup>h</sup> dis-  
cordans, illic convicia et audacia seiva, et mens in-  
sana, et fera impatientia. Aleæ tabulam dico; ubi  
possessionum amissio, et pecuniarum ingentium<sup>i</sup>  
perditio, monstrum, et demonstrans litigiosum, furax  
dementia.

VII. O aleatorum noxia, sedentaria, et pigra nequi-  
tia! O manus crudeles, et ad periculum sui armata,  
quæ bona paterna et opes avorum sudore quasitas  
ignominioso studio dilapidant: manus trux, noxia et  
insomnis nocte dieque continuis instrumentorum suo-  
rum armigera: quæ peccando seipsam damnavit, et post  
peccata non desinit ire! O nequam manus, in per-  
niciem Domini sui armata, quæ sordidissimi aeris to-  
tam substantiam perdit; et cum tot essent augendæ:

#### LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Sic Bod. 1. Imp. Præsto est.

<sup>b</sup> Amplexibus Bod. 1.

<sup>c</sup> Ipsa dig. Bod. 1.

<sup>d</sup> Ipsa sig. Bod. 1.

<sup>e</sup> Ipsa, ad Bod. 1.

<sup>f</sup> Zabuli malum Bod. 1.

<sup>g</sup> Et ad Bod. 1.

<sup>h</sup> Immanitas, illic Bod. 1.

rei familiaris et multarum abundantia opum, modo  
inops et pauper est! Alea est, quam lex odit: alea  
est, quam<sup>j</sup> sequitur erimen ignobile; ubi manifesta  
tentatio, et pœna occulta. Alea est alveus<sup>k</sup> mali,  
et supplantatio amici, quæ nec lucrum confert,  
sed totum consumit. Hinc deinde pauperes fiunt;  
hinc opes suas perdunt, hinc jam consumptis omnibus  
rebus suis, mutuis pecuniis se obrunt: hinc patrio-  
nium, sine ulla fori calumnia amittunt. Qualis est  
lis, ut quos nemo persequitur, seipsos per invidiam  
persequantur? ut paternas suas hæreditates sub ossa-  
rum multiformi numero<sup>l</sup> dispergant?

VIII. Est et quando ipsi aleatores cum prostitutis  
mulieribus penes auctorem suum nocturnas vigilas,  
clausis foribus, celebrant: armantur adversus se mi-  
seri, spiritu diaboli repleti: et illic duplex aut gemi-  
num crimen admittunt. Illic concrepat aleæ sonus, illic  
silentio operatur incestus: hic sine ullo dignitatis sue  
respectu, sine ulla excusatione, pestifero studio ce-  
dere bonis suis cogitur; illic secreto mortale venenum  
bibitur. Unde hæc sacrilegia meditatio, unde hoc cri-  
men, auctorum testimonio comprobamus? Cum enim  
quidam studio litterarum bene eruditus, multum me-  
ditando hoc<sup>m</sup> malum et tam perniciosum studium  
advenit, instinctu solius Zabuli, qui cum arti-  
bus suis repleverat; hanc ergo autem ostendit, quam  
et colendam sculpturis cum sua imagine fabricavit.  
Statuit itaque imaginem suam cum nominis sui sub-  
scriptione, suggerente sibi amico, qui ut hanc artem  
excogitaret in pectore subiecit<sup>n</sup>. Sic ergo se in ima-  
gine speciosa demonstrans, alto quodam loco condi-  
dit; et in sinus suos hanc aleæ tabulam gestans, ut  
quasi ipse lusor et adinventor hujus malitia apparet,  
cujus nomen a Dei servis nominari non deberet

#### VARIANTES.

<sup>i</sup> Perditus, et dem. lit. et, Bod. 1.

<sup>j</sup> Insequitur Bod. 1.

<sup>k</sup> Laqueus est ille mali Bod. 1.

<sup>l</sup> Sic Corb. Imp. Sub hostium sonum multif. num. Dis-  
perant Bod. 1.

<sup>m</sup> Malum Lan.

<sup>n</sup> Sic Corb. Imp. In peccatorem subvenit,

misimus. PAMEL.

Ubi dementia et furia. Antoninus, ubi mentis furia.  
PAMEL.

D Illic rabiosa amicitia. Sic etiam ille, et alius qui-  
dam Morellii codex, pro rabidosa. PAMEL.

Sceleris fraternitas. Ita alius Morellii codex pro im-  
manitas. PAMEL.

VII.—Opes avorum sudore quasitas. Alius Morellii  
codex sudoribus, sic et Anton. PAMEL.

Cum et tot essent augendæ rei, etc. Aliquid deside-  
ratur, nempe occasiones, aut simile quid. PAMEL.

Alea est alveus mali, etc. Hoc rursus ex Anton. pro  
laqueus est ille mali, et supplantatio inimici, qui.  
PAMEL.

Sine ulla fori calumnia. Ex eodem fori, pro forti.  
Sed vicissim apud illum reponendum calumnia, pro  
pecunia. PAMEL.

VIII.—Instinctu solius Zabuli. Hoc quoque ex  
eodem, pro instigatu, qui etiam legit adimplevit,  
pro repleverat; sed hoc male. PAMEL.

In sinus suos. Forte, in sinu suo; est tamen adhue  
locus obscurus et inutilis. PAMEL.

VI.—Magna amplexu operitur deletio. Locus multis  
est corruptus. PAMEL.

Manus quæ jam. Omnino lego hoc, pro tam; ad-  
jicio vero, est, ex Antonino. PAMEL.

Ad sacrificium Dominicum admissa. Aut alludit ad  
veterem consuetudinem, de qua libro de Lapsis, aut  
(quod magis apparet ex sequentibus) de presbyteris  
loquitur. PAMEL.

Quæ ad laudem Domini. Sic recte Anton. et Morellii  
quidam codex, pro ipsa. PAMEL.

Quæ signum crucis, etc. Hoc iterum ex Antonino pro  
eo quod erat, ipsa per quam tuemur signum crucis  
in frontibus. PAMEL.

Ipsa quæ divina sacramenta. Juxta præcedentem  
Antonini lectionem, non sum veritus interserere quæ.  
PAMEL.

Quid est, inquam. Particulam, inquam, ex eodem  
Antonino adjeci; quippe apud quem haud dubio sic  
legendum, pro eo quod habet, inquit. PAMEL.

Diaboli venabulum et delicti vulnus. Hæc lectio quo-  
que ejus placet, præ vulgata, Zabuli malum et dia-  
boli vulnus. Juxta quem iterum paulo post et præter-

(sic enim in nomine turpis est, quomodo in factis iniqu-) et quisque Dei servus aleæ tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim eum se in stantculis et simulacris formaret, aliud crimen advenit, quo se ab imitatoribus suis <sup>a</sup> colendum, et sibi sacrificandum instituit; ita ut qui vellet studio ejus adherere, non ante manum in tabulam porrigeret, nisi auctori hujus prius sacrificasset. Inde factum est, ut olim qui homo fuerat, et facinoris admissionis adulter, post mortem, a profanis <sup>b</sup> et errantibus sub fictio nomine Dei, talis coli meruerit.

IX. Aleæ tabula qui ludit, et maleficia <sup>c</sup> nasse debet, quod a Dei servis longe sit, sciens <sup>d</sup> quoniam foris maleficus et venenarius, et iterum in judicii diem in igne rotante torquetur. Aleæ tabula qui ludit, prius auctori ejus sacrificare debet, quod Christianis non licet dicente Domino: *Sacrificans diis eradicabitur, nisi Deo soli; et iterum: Nolite sacrificare diis alienis, ne incitatis me in operibus manuum vestrarum ad disperdendum vos.* Christianus qui es, et aleæ tabula ludis, licet non sacrifices, lege hujus facinoris particeps es. Et utique Dominus occurrit et dicit: *Exi de ea, populus meus, ne sis particeps delictorum ejus.* Et iterum: *Discedite, discedite inde, exite de medio ejus qui portatis vasa Domini, et immundum ne tetigeritis.* Christianus quicumque es et alea ludis, hoc primo <sup>e</sup> in loco credere debes, quia non Christianum, sed Ethnæum tibi nomen est; et illud quod ad sacrificium Dominicum pertinet, in vacuum sumis. Sic enim <sup>f</sup> dicit: *Omnis immundus non tanget sacrificium Sancti.* Dicit enim Scriptura: *Omnis vir manducans carnem sacrificii, et immunditia ejus super ipsum; pereat anima illa de populo meo.*

X. Aleator quicumque es, Christianum te dicis; quod non es, eo quod sæculo particeps es: nec amicus <sup>h</sup> Christi potes esse, qui cum inimico Christi tenes amicitiam. Certe qualis dementia aleatorum fidelium, ubi insanunt, et furacissimis vocibus pejerant; et

#### LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Colendum diceret, sacrificandi sibi legem terminabit: ita Bod. 1.

<sup>b</sup> Sic Bod. 1. Imp. Pronis.

<sup>c</sup> Maleficia Bod. 1.

<sup>d</sup> Sciens Bod. 1.

<sup>e</sup> Sic Bod. 1. Primum Imp.

<sup>f</sup> Enim Dominus Bod. 1.

A deorbati Zabuli caligine, invicem sibi manus inferunt, maledicunt, se devovent, parentum originem turbis præsentibus delinquant. Sonat publice aleæ strepitus, festinant ad necem hereditatis suæ manus: nec intelligit miser, quid sibi noceat, quando se aleæ auctorat. Et qui jam sæpius vincitur, rursus ad nocentius studium, Zabulo suadente, animatur. O ars infesta studentibus, et stuprum libidinosum! quod non divitias, sed nuditatem et inopiam præstat; manus carnifex, manus noxia, quæ nec post lœra desinit, sed adhuc post damna ludit. Christianus qui alea ludit, ad sacrificium Zabuli, immolantibus penes auctorem <sup>i</sup>, manus polluit. Et ideo Dominus ad hoc indignari dicit: *Nolite, inquit, extendere manus vestras injuste, ne exacerbetis me, et non sinam vos diu permanere super terram; et iterum: Abstinete manus vestras ab injusto, et ne feceritis quicquam mali.* Et apostolus beatissimus Paulus similiter dicit: *Videte fratres, ne obfiguremini i huic sæculo, et pompis et deliciis et voluptatibus ejus; sed continete vos ab omni injustitia <sup>k</sup>.* Nam qui delinquit in Deum, nulla sit excusatio <sup>l</sup>, nec indulgentia ulla, et nemini venia datur. In Evangelio Dominus dicit: *Si quis, inquit, dixerit blasphemias in Filium hominis, dimittetur illi: at is qui peccaverit in Spiritum sanctum, non dimittetur illi, nec hic, nec in futuro sæculo.* Et iterum Propheta dicit: *Si delinquendo peccet <sup>m</sup> vir adversus virum, orabitur pro eo ad Dominum: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Et beatus apostolus Paulus, procurator, vicarius Christi, Ecclesiasticam curam agens, ponit et dicit: *Vos estis templum Dei, et in vobis Christus habitat; si quis templum Dei violaverit, perdet illum Deus.* Iterum Dominus in Evangelio suo negat peccatores, et exprobrat dicens: *Recedite a me omnes qui operamini injustitiam; nunquam vos cognovimus habui.* Et Joannes apostolus dicit: *Omnis qui peccat, non est de Deo, sed de diabolo est; et scitis quoniam ideo venturus est Filius Dei, ut perdat filios diaboli.*

In stantculis et simulacris. Adjecimus, et, ante desideratum. PAMEL.

Quo se ab imitatoribus colendum, etc. Ita rursus ex illo, pro eo quod erat, colendum diceret, sacrificandi sibi legem terminavit. PAMEL.

Sub fictio nomine Dei. Prorsus sic lege, pro fictioso. PAMEL.

IX. — Maleficus et venenarius. Nova vox, quantum apparet, a venerandis idolis derivata. PAMEL.

Omnis vir manducans carnem sacrificii. Prorsus sic restitui hunc locum, ex lib. de Lapsis, ubi sic citatur hæc Scriptura, pro eo quod erat, mendicans: lego ex eodem, immunditia, pro immunditia. PAMEL.

X. — Certe qualis dementia, Antonin. O qualis, qui etiam pejerant, legit pro, perjurant. PAMEL.

<sup>g</sup> Tangat Bod. 1.

<sup>h</sup> Sic Bod. 1. Corb. Imp. animus.

<sup>i</sup> Sic Corb. Imp. Pœnis auctoris

<sup>j</sup> Configuremini Bod. 1.

<sup>k</sup> Injustitia sæculi Bod. 1.

<sup>l</sup> Quod delicti in Deum nulla sit excusatio Bod. 1.

<sup>m</sup> Peccator adversus Bod. 1.

Et deorbati Zabuli caligine. Anton. diaboli. Nova autem est vox, deorbati. PAMEL.

Turbis præsentibus. Hoc ex eodem reposui, pro eo quod erat, turpibus, pessime. PAMEL.

Immolantibus penes auctores. Rursus obscuro locus. Eadem phrasi supra occurrit. PAMEL.

Et ne feceritis quicquam mali. Omnino sic lego, quia præcedit, abstinete. PAMEL.

Videte fratres ne obfiguremini. Ubique alibi Cyprian. configuremini. PAMEL.

Et nemini venia datur. Etiam hoc lego pro veniam; videtur autem hoc pertinere ad errorem Novatianorum. PAMEL.

Si delinquendo peccet vir. Istud quoque ex Cypriani alijs locis, pro peccator. PAMEL.

XI. Si quis aleator Christianus es, tuus et hæreditatis tue inimicus es. Quicumque es, desine ab illa dementia miser. Quid te in laqueum mortis cum diabolo ultra præcipitas? quid opes et divitias tuas sordidissimo aere<sup>a</sup> admittis? quid te laqueis sæcularibus involvis, ut de sæculo<sup>b</sup> judicaris? quid inimicum tuum favoribus laudando, delinquis; cum quo necesse est puniaris? Esto potius, non aleator, sed Christianus: pecuniam tuam assidente Christo, spectantibus Angelis, et martyribus presentibus, super mensam Dominicam sparge: patrimonium tuum, quod forsitan sævo studio perditurus eras, pauperibus divide: divitias tuas Christo vincenti committe: servus cum Domino tuo vocare, studio deifico obsequere, artem Domini imitare, quæ non perdit sed potius acquirit. Desine ab illis tuis furacissimis moribus, cohibe præcipitem nequitiam tuam: sit tibi cum pauperibus quotidianis lusus, sit tibi cum viduis frequens opera-

tio; censum et apparatus tuos omnes ad studium Ecclesie distrahe: aurum tuum, et argentum, et pecunias tuas in thesauris cælestibus repone; fundos et villas tuas, justa operatione ad paradysum remove: ut peccata doceantur tibi, elemosyuis et orationibus continuis incumbere. Alea ne luseris: ubi lusus nocivus est et crimen mortale<sup>c</sup>; ubi dementia sine consideratione; ubi nulla veritas, sed mendaciorum mandra. Abscede inde manum tuam, et averte inde cor tuum: extrahere caliginem inimici ab oculis tuis, et purifica manum tuam a sacrificiis Zabuli: abige ab te furaces mores, esto patiens et Christianus, esto tibi et vite tuæ in operationibus justus et providus. Fuge diabolum-persequentem, et fuge aleam inimicam rerum tuarum: studium sit tibi sapientiæ, Evangelii monitis erudire, puras manus ad Christum extende, ut promereri Dominum possis, aleam noli respicere. Amen.

## LECTIONES VARIANTES.

<sup>a</sup> Sic Corb. Imp. Sordidissimus aeris.<sup>b</sup> Cum sæculo Bod. 1. Corb.<sup>c</sup> Crimen immortale Corb.

## VARIORUM NOTÆ.

XI.—*Ad paradysum remove. Forte, remitte. PAMEL. Et crimen mortale. Prorsus sic lego cum altero Morelli cod. pro. immortale. PAMEL.*

*Mendaciorum mandra. Alius, mendacii malitia. PAMEL.*

## DE SINGULARITATE CLERICORUM.

## TRACTATUS CYPRIANO PERPERAM ADSRIPTUS. NECNON AUGUSTINO ET ORIGENI JUXTA QUOSDAM.

Promiseram quidem vobis ante tempus epistolam, filii charissimi, quæ omnium morum instituta de lege commendans, summam omnia etiam contineret, quæcumque universis clericis generaliter ad dirigendam regulam competenti disciplinæ. Sed quia nunc de feminarum commoratione vulgariter inter vos quidam ad ignominiam devoluti sunt, etiam de hæc re specialiter vobis, Domini correptione scribere compulsus sum, qui miserum me pro vestra negligentia cum severitate corripiens, mandare præcepit, ne clerici cum feminis commorentur. Et licet hæc admonitio sola litterarum mearum auctoritate sufficeret, tamen ne me somniantem irridet quisquam, sicut Joseph fratres irriserunt, Scripturarum addi-

mus firmitatem: ut omnes sciant hoc etiam modo per revelationem Dominum jubere, quod literis cognoscitur ante jussisse; nec nos esse adulterantes verbum Domini, aut volentes jactanter de revelationibus gloriari, sed sic ante conspectum Domini referendo non mentiri quod loquimur: sicut a Domino confidimus nos non audisse mendacium, præsumentes vocem apostoli Pauli protestantis: Non enim sumus, inquit, sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram ipso in Christo loquimur. In dolore itaque maximo constituti de quibusdam putrefactis membris corporis nostri, et in gemitu jacturam lamentantes Ecclesie, quæ per segnitiam nostram redigitur per dies singulos ad nimiam pau-

## EDIT. OXON. NOTÆ.

*De Singularitate Clericorum. Videtur circa Bedæ popularis nostri tempora, quando de cœlibatu Clericorum maxime fervebat præsertim in Occidente controversia, conscriptus liber; qui sæculo respondet a revelatione desumptum argumentum. Ferebatur enim, Gabrielem Angelum duodecim articulos signato; detulisse, quod conjugium Sacerdotum non esset tolerandum. Post vulgatam versionem in usu receptam, scriptum fuisse constat: nec refert quod Origenis sententiam tueri videatur auctor; siquidem hoc ad hypothesin quam susceperat, pertinebat. Rigaltius ait, Codex Fossatensis Cypriano tribuit. An Corbeiensi inseribitur, Augustini de Singularitate Clericorum.*

*Sed quia nunc de feminarum commoratione. Pa-*

*melius ait, Manutius et Morellius, cum Landulpho de Columna, commemoratione. Verum prius habet Antoninus cum vet. excus. et argumento libri magis convenit. Nisi vero etiam Landulphus legeret illud de, superfluum putarem, et omitterem eum Antonino. PAMEL.*

*Ad ignominiam devoluti sunt. Pamelius ait, Ex vitio codicis Remholdi legebatur ignominia, dumtaxat quod non placeret, reposuit Erasmus ignominiose, et illud legunt Antoninus et vet. exc. PAMEL.*

*Domini correptione. Pamelius ait, Manutius et Morellius correptione, verum prius placet obsequentia, præsertim si legamus eum Antonino, corripiens pro conveniens. PAMEL.*